

Deus bone, quam unanimi concordia omnia membra in salutem læsi pedis concurrunt: oculi explorant qualitatem vulneris, lingua deplorat dolorem, manus una extrahit aculeum, altera imponit emplastrum, pectus lacerat, & totum corpus fuo pondere pedi parcat! Quid ergo mali oculis, quid linguæ, quid manibus, quid pectori accidit? nihil! ait S. Augustinus serm. de S. Paulo, sed quia unum membrum fauciatum est, omnia illi condolent, & in auxilium veniunt. Hac comparatione innuere vult mundi Doctor, qua charitate oportet unum alteri in necessitate succurrere, si oculi caligant, si lingua deficit, si manus officio suo desinat, omnes in eius emanationem collabent. Nemo putet se sibi soli natum esse, nam *non videtur unicuique de proximo suo* (Eccles. 17.). Nemo cum impiis illis, quos citat & confutat Chrysostomus l. 13. adv. vitup. Vit. Mon. ajat: *Qui perit, perit; qui servatur, servatur, nihil horum pertinet ad me!* Nemo cum fratricida Cain respondet: *Nonquid cussus fratris mei ego sum?* (Gen. 3.) Alias audiet ab irato Deo: *Nunc maledictus es super terram.* Nunc, id est hoc momento, quo charitatis ordinem adeo invertis, ut putes ac prehendans, fratris tui nullam in te curam recumbere. Neque dicas, cur ego adjuvem aut corrigam fratrem? relinquo hanc spartam aliis! quare ille & ille non curaverunt nam hanc excusationem adum reſarvati Chrysostomus orat. 3. adv. Iud. inquit, si inveneris auti maritum, non dicis apud te metipsum, quare ille & ille non susceperunt, sed festinas ante alios rapere. Item de fratribus lapsis cogita, putaque te invenisse thesaurum, omnem que operam confer, ut afflictum consoleres, aut peccatorem Deo lucrificas. Transeamus a scripturæ figuris ad historiam, qua omnia hæcenus dicta luculenter confirmantur.

10. Nobilis quidam (Speus. exempl. no. 13. *Tis. char.*) valde sceleratus habebat pietissimam uxorem, cuius suavis & suggestione pauperes, præsertim Religiosos diligebat. Contigit, ut ad illius domum duo itinerantes diverterent, quo tempore prandii rogabat Dominica, ut pro mensa salutare aliquid ducerent afferent; inſabat & nobilis, breviter tamen dictorum commendabat. Tunc Religiosorum unus. Ego vobis tam fructuosum suggeram monitum, ut si illud servaveritis, aſſum vobis æternam salutem sub oppugnatione meæ ipsius animæ polliceri. Promittit Dominus, se monitum illud fideliter executioni daturum! Tunc ille: Dixit Salvator in Evangelio, quodcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Sentus verborum est iste: sicut tu, mi Domine, vis, ut subditæ aut exteri integram tibi fidem servent, ita & tu amore Dei aliis hanc fidem integritatem præsta: sicut tu nolles, quod quis te occideret; bona sua furaretur, fallum contra te testimonium diceret, aut concupisceret aurorem tuum; ita & tu alteri similem injuriam nullam i. ega. Sicut tu de damno ac-

cepto tibi fatidieri desideras; ita & tu de damno dato aliis fatidias. His auditis subinferebat nobilis, in veritate, hæc verba profundam concludunt sapientiam, verum Dei amore illa studiose adimplere conabor. Interim dum verba hæc solite rumitabatur, invenit, se plurima aliis damna intulisse; quapropter domos, sylvas, prata, agros, aliaque bona inique possessa restituit, & quos verberibus læserat, veniam rogavit. Quondam venatum extens orata tempestate, vidit a torrente, qui imbrium abundantiam miram quantum excreverat, molemque destrui ac dissipari: mox gromem suam repetens si ego essem pauper hincolori, optarem a potentiori adjuvari, & convocatis venatoribus præcepit, ut trabes & rotas in pulcherrimum locum restituerent, quod & factum est. Uterius progressus reperit in via peregrinum pauperem, quem videns repetit tæche laum argumentum: si ego essem taliter pauper, & leminudus, optarem, ut aliquis miseris cordia motus me reficeret! confestim idem præcepit factis, ut pauperem in jumentum reciperent, & domum averterent; ipse secutus cum in adibus suis appulit, dixit uxori: En ego hospitem tibi adduxi, tu curam illius habere. At illa: utilis est talis hospes, pro quo Christus se debitorum obligavit. Postquam laute pauperem refecit, sero prope cubiculum suum in lumpyoso lecto illum depositit, media autem nocte cepit pauper dolere scitum, diceretque: Heu! si morior! Audita hæc voce expergestas nobilis arripuit gladium insidias metuens, cum ecce iterum ingemiscens audit pauperem: Heu! si morior! Tunc denno secum ipso argumentatus: si pauper essem, & in innotata domo scælas nescirem, pergratum mihi foret, si subibundo mihi quis potum porrigeret! sic factus, arrepta hydria perrexit ad puteum, aquam hausit, & o grande infortunium! ex inopinato in puteum delapsus, submersus est. Mane factio in quæ, interrogavit Domina famulus de marito suo, & respondens, se quidquam nescire, præcepit, ut in omnibus Ecclesiis illum perquirerent; scitis enim, ajebat, quod ab illo tempore, quo duo illi Religiosi apud nos diverterunt, totus in altum mutatus sit. Redemptus, nec cum inventis dicentibus, mandavit, ut & puteum investigarent, metuens ne forte, dum pauperi potum pararet, in illum deciderit. Bont facti mali, & inveniunt mortuum, extrahunt cadaver, & ecce! inveniunt in ejus collo circumlatum aureum, cui hæc verba inscripta erant: Nos Angeli prius animam ejus diximus in celum, quam corpus in puteo erat inſigidatum; quia in charitatis operibus obiit. His lectis, auditque uxor ejus cum familia prodigium Episcopo, & hoc mediante summo Pontifici indicavit, Deum benedicens, & venditis omnibus Deo soli deinceps serviens.

11. Epilogus. Nota, mi Christiane, quam meritoria ac salutaris apud Deum sit charitas, quam tibi dilaudavi: hæc charitas fuit *sancta* & *quæ*

quia ex amore Dei suscepta. Hæc charitas fuit *prudens*; quia omnia venationis recreatione molitori in rescindenda domo succurrit. Hæc charitas fuit gratuita seu ininteressata; quia illam pauperi, qui nihil, quod retribuere, habebat, exhibuit. Hæc charitas denique fuit operativa; quia abrupta etiam nocturna quiete ad offerendum frigidæ haustum surrexit. Cervi, cum flumen impetuofum, aut fretum tranant, eo ordine id faciunt, ut generosissimus omnium primus aquas ingrediatur, & subsequenti terguum ad caput suum inclinandum præbeat: in secundi tergo caput reclinat tertius, in tertii quartus, & sic deinceps. (S. August. serm. 23. de *Apoll.*) Mi Christiane, hæc nobilis ingreditus est aquas, tu ejus vestigia secutus reclina caput tuum in ejus tergo, volo dicere, impende intellectum & voluntatem tuam, cogitans, quæ ratione præstantissimum hanc charitatis virtutem meritorie exercere valeas, & sic feliciter in litus æternæ felicitatis transnatabis. Amen.

Dominica XIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS CXIV.

De vitio detractionis, filia invisida, ejusque damnis, panis ac remediis.

Nonne decem mundati sunt? & novem ubi sunt? Luc. 17.

Novem leprosi ex detractione sacerdotum percurantur.

2. De charitate proximi ultimo egimus; an tequam autem ab hæc virtutum regina oculos avertam, pro via ad hodiernam differentiationem mihi sterenda interrogo: cur charitatis auro, aut aurum charitati comparari solet? an ideo, qui sicut aurum (Cassius lib. 5. *Mineral.*) in ore contentum anheliſtu graveolentiam tollit: ita charitas proximum ne qui dem aſpero halitu lædit? an ideo, quia sicut aurum ignitum (Dispositio. cap. 70.) ubi actuali cauterio opus est, altis metallis ad sanitatem vulneris præstat: ita nulla correctio est efficacior, quam que fit cum charitate? an ideo, quia sicut aurum multis facultis in terra, aut aqua sepultum (Martini. lib. 5.) nullam rubiginem contrahit: ita sincera charitas nullis injuriis corruptitur? Laudo hæc rationes: mihi autem præceteris præcæcet ista: aurum præ aliis metallis id singulari habet, quod tractantium manus nulla nigredine tingat: ita charitas neminem denegat, nemini nigrum theta inurit, & ab omni detractione proſus aliena omnibus suam famam illibatam relinquit. Jam respiciamus Evangelium. Divinus mundi Redemptor, utur sciret Judæorum sacerdotes invidia tabescere, tamen decem leproſos, quos mundare decreverat, ad illos submiſit, præcipiens: *Hæc, ostendite vos sacerdotibus.* (Luc. 17.) Iverunt illi, & in ipsa via a miserabili infirmitate curati sunt, quo perſepto unum eorum regressus, & *Clavis Spicil. Carth. Cur.* Tom. II Pars II.

cum magna voce Deum magnificans, gratias Divino Medico reulit. Quærebat Christus Dominus, *nonne decem mundati sunt, & novem ubi sunt?* Ah! Divinæ Magister: ab ipsis sacerdotibus invidis & iniquis in tranſverſum acti sunt, qui hominum nimis credulam simplicitatem ritu explodentes dixerunt. O bardi & stupidi! hæc læpæ curationem non Christo, sed observationi legis debetis: ille impostor est, populi seductor est, Synagoge inimicus est: Iuxa prodigia ex pacto damonis operatur, & legem Moysis persequitur, paulo post fiet, utgens judæica tot impoſſitus, injuriosissime irritata illum comprehendat, incarceration, & turpissima morte condemnos. Ita ex invidia & defectu charitatis sacerdotos gravissime detrahebant Christo, quibus auditis novem illi loco gratitudinis bilem conceperunt contra Divinum Benefactorem: unus, & quidem gentilis Samaritanus reverſus est, ceteri emanſerunt. Ita in hunc locum non ego, sed Doctissimus Didacus Stella inquit, in *Luc. 7.* Existimo quod novem illi decepti sunt a sacerdotibus, ne credentes, quod a Christo esse mundati, sed a Deo proper legis observationem; invidebant enim sacerdotibus Christo.

Grande igitur malum detrahitio.

1. Proposio. En Dilectissimi! Maledictio, detrahitio, seu denigratio proximi est filia invidia; Errarem profunde, si ad aliam materiam transirem, non damatno prius hoc sceleris. Dicemus autem quantum malum fit detrahitio, quomodo fieri debeat, quo damna post se trahat, quomodo a Deo puniatur, quomodo corrigatur, & qua sunt alia. Attendite! Favete!

Et peccatum vere diaboliæ, quo proximus dolose denigratur.

3. Confirmatio. Detractionem, qua quis proximi famam denigrat, peccatum lethale esse, nisi ob parvitatem materiam, aut aliam gravem rationem excusetur, omnes univèrſim affirmant auctores. Est autem hoc peccatum proſus diaboliæ, id est, a malo damone, qui omnia invidia, & mendaciorum pater est, angulariter laboratum. Regius Psalmista David interrogat, (Ps. 10.) *Quid dicitur illi, aut quid opponitur tibi ad linguam dolosam?* & sibi ipſi respondit: *ſapientia parentis aculei, cum carbonibus desolatoris.* En! lingua dolosa seu detrahitio famam est sapientis, quibus seriantur & longinquo distantibus, & carbonibus, quibus aduruntur, qui & propinquo sunt: vult dicere Psalmista, detrahitio nem esse vitium, quod nec majoribus, nec æqualibus parcat. Verum Sanctus Chrysostomus ap. Mich. a Calvo com. 35. §. 2. num. 2. aliud arcanum eruit: loco verborum, *cum carbonibus desolatoris*, legit, *cum carbonibus in formam læti contractis*: vult itaque dicere, linguam dolosam seu detrahitioam adeo esse lectum diaboli, ut ipse quati dormire, & requiescere possit, dum interim lingua detrahitio ea mala suscitabit, quo suscitare vix posset ipse

diaboli. Quam autem sunt ea mala? sunt odi, inimicitiae, lites, bella, rixae, caedes, & totorum urbium, ac familiarum ruinæ, aliaque plurima, quae suse enumerat Chrysol. hom. in Pl. 100. pro epiphonemate addens: *Detraçtio est turbulenta domus, nec uquam paratum reddens hominum.* Cum S. Juniperus (Sancti. Regn. Dei p. 3. cap. 1.) ex Ordine S. Francisci urbem ingrederetur, diabolus formam exprocoris induens subornauit gubernatorem urbis, Virum illum, qui subsequeretur esse proditorem & incendiarium, genere apud fe subulans, & fomitem: illum, ut ipsum, id est gubernatorem confoderet, illum, ut domos incenderet. Misit itaque gubernator apparatus, qui dum reculas Juniperi excutiunt, dida iudicia inueniant: rapitur humilissimus in carcerem, tormentisque examinatur, quid mali machinaretur? Verum ecce! dum id fit, fama interim divulgata superuenit S. Franciscus, & innocenter liberat, presentem eorum, quae stabilitatem status post fe trahebant. An male? alter dixit, exivit frumenta & patria! An non disponere poterat de suo? Permisit fe a futurionibus, & parasitis seduci! Quid hoc ad te? fuit nimis tenax & auarus erga pauperes! Est falsum! Va humilidit! blateronibus! Illi foliores hanc conscientiam sibi ducunt effundere, & quocumque in buccas veniant, quia cum per omnem vitam in ois, in mendacitate, in furtis, in rapinis, in adulteriis aliisque criminibus versantur, per fe sciunt, fe morturos ut canes.

4. Verum & in hoc detraçtio imitatur demonem, quod sicut ille, ut luculentus nocet, variis formis induit. Interdum ingreditur sub specie laudis, atque ad morem serpenum lambendo intoxicat: postquam prolaxas proximo laudes dixit, ad finem aculeum suffigit: v. g. omnino est bonus, est optimus vir, verum o si vos sciretis, quae ego scio, non volo autem quiddam dicere! Item: Enimvero sunt homines pietissimi, tantum dolendum est, quod ita turpiter errant! An hæc non est detraçtio? Est utique manifesta, & luculentior, quam si panegyricam de aliquo velles facere, & alapa concludere. Interdum detraçtio emulatur matrem, & dum laudabile aliquid de proximo afferre possit ac debet, instat pilcis conticefere. Ranz per totam noctem obtrepenes coarant, (*Videtur. ap. Hic. fort. 43. ec. 2.*) quando autem ardens facula ad ipsam lacus collocatur, omnes obnataeunt: ita detraçtores, cum luculosum aliquid, id est laude dignum in proximo conspiciunt, elingues sunt, cum autem obcurum, id est culpabile quid deprehendunt, loquacissimi fiunt, & per omnem viciniam, quae sciunt, blaterant. Interdum detraçtio agit proditorem, & errores in totius mundi ignorantia, & oblivione conspuit in lucem protrahit. Sancta Virgo Barbara (*Sancti. Regn. Dei p. 6. cap. 6.*) contra persecutiones, ac insidias Patris, qui patrem exuens leonem induerat, in sylvam profugit: infecutus pater quasi vit ex partibus, ac filiam conspexit! Negantibus aliis, unus aiebat, vidisse fe, cavo rupis hiatus fuisse receptam. Verum quidem id erat, nihilominus pastor ille Dei supplicio statim una cum grege in rupem fuit comminatus. Interdum detraçtio imitatur canes, ut vocatur sepulchrales: de his enarrat S. Hieronymus, ap. Sponanz. scripta. fel. p. 125. quod sepulta cadavera exsument,

& deponant: Patem in modum detraçtores non parcunt delunctis, tanto atrociori crimine, quo isti famam suam tueri hinc amplius possunt. Moritur quidam bene opulentus, & statim illi, quibus forsitan non tam, quam sperabant, liberalitatem exhibuit, ubique divulgant, eum ignotum circumire: moritur honesta mulier, & statim vicine, quae haud bene cum ea conuernerant, aieant, illam & sepulchro ululare, ut lupam. Sed quid mirum ab hominibus & trivio detraçtionibus proficisci, a quibus nec isti Principes immanes sunt? Mortuus est paulo ante miratus primis nominis antistes, fuit Princeps clementissimus, mansuetissimus, & omni amore dignissimus, & tamen quia tam Ecclesiasticorum quam secularium mores ac corruptelas corrigere laboravit, tam insolens erat de ejus obitu applausus, quantum vix esse possit de hoste proftrato: unus aiebat, erat nimis auferus in collatione Sacramentorum, presentem eorum, quae stabilitatem status post fe trahebant. An male? alter dixit, exivit frumenta & patria! An non disponere poterat de suo? Permisit fe a futurionibus, & parasitis seduci! Quid hoc ad te? fuit nimis tenax & auarus erga pauperes! Est falsum! Va humilidit! blateronibus! Illi foliores hanc conscientiam sibi ducunt effundere, & quocumque in buccas veniant, quia cum per omnem vitam in ois, in mendacitate, in furtis, in rapinis, in adulteriis aliisque criminibus versantur, per fe sciunt, fe morturos ut canes.

5. Non absque ratione istiusmodi detraçtorum terribile & comminor, quia peruersissima sua diacitate Deo, proximo, & toti populo tam grande, ac incompenabile damnum irrogant, ut saluari vix possint. Explico meam mentem ex Scriptura! Postquam proditor Judas Dimidium suam Magistrum vili pretio in mortem vendidit, postliminio criminis conscientia turbata laqueo se suspendit. Non potius fati mirari desperandum consilium! utique perperam habuit Christi misericordiam? utique iustitiam, quam cum benignitate Matthæum, Zachariam, Magdalenam, aliosque peccatores in suam amicitiam receperit? cur ergo non penitentiam egit? cur guttur subdidit? cur aternam perie elegit? S. Chrysolomus Hom. 15. in Math. assignat rationem, inquiens: Judam permississe sui criminis infamiam, cogitando se cum ipso, quid iuvat vivere? si parvo inter Apostolos, inter amicos, inter sotos aut ignotos, in urbe aut extra urbem verser, omnes, qui me allexerint, proditori criminis recordabuntur, imo vel pueri in plateis clamabunt: Ecce! hic est proditor! hic est Christifida! & his imaginationibus consulus ac pudesctus Judas maluit desperanda morte perire, quam inuenturum ac diffamantium oculis exponi. Quid peccator! tu contra proximum hinc aut illud crimen, verum aut confectum hinc crude effutis, & non perpendis, in quantum tristitiam ac desperationem illum concipias: non omnis Christianus est tam obfirmate viratus,

ut conuicia cum risu concoquere possit: *Silentium in maledictio ves gravis & Secretaria, vel peritio Hirculica*, ait gentilis Plutarchus; lib. de profectu ab amicis, quibus verbis dicere vult, paucissimos inveniri, qui adeo foici, adeo insensibiles, adeo insidiati sint, ut ex maledictis, & detractionibus non exasperentur, tristrentur, & animo cadant. Quid si deici statui suo deformiter vivant? quid si officii sui partibus non satisfaciunt? quid si a consuetu pietatis fervore recedant? quid si in vindictam & alia peccata cadant? certe novi ego juvenem sacerdotem in studio & pietate profurs egregium, qui de peccato lascivie petulantissime fuit diffamatus, aculatufque: quàmquam autem fuerit innocens, & persona distans in mortis articulo cum terribili ejulatu mendacium revocavit, tamen abjectus, despectus, tristis, peepulus, & ad sacra sui status officia indoneus permansit, donec tandem erubescenz causa mortem & patria abiit. O bone Deus! non immerito persona detrahens in morte ejulavit; quomodo enim rationem Deo reddere potuit de omisis tot concionibus, tot confessionibus, tot sacrificiis, tot animarum conversionibus, tot quotidianis devotionibus, tot bonis exemplis, aliisque meritis, quae operaturus fuisset? Nihil dicam de damno totius Reipublicæ, aut communitatis, cui detractor utilissimas ejusmodi funciones subtrahit, eo quod ille, qui detractionem patitur, in suo munere sit languidus, remissus, ac fastidiosus?

*Sed a Deo punitur & confunditur, nisi mature revocetur.*

6. Certe hic ipse vindicta clamor, quem tam persona laza, quam damnificatus populus continuo in calum eructant, adeo Dei aures penetrat, ut detractores luculentis suppliciis fuerint consili ac multat, & hodieum malentur, ac confundantur. Lubet uoam ut alterum id genus exemplum audire? Impudens quadam mulier (*Sancti. Regn. Dei p. 5. cap. 8.*) impudicis ignibus occulte flagrabat erga S. Vincentium Ferrerium: simulat ergo gravem agritudinem, & cum confessionem excipientem, & illa cum risu, quod animo conceperat, turpissimum sollicitationem vivit. Reluctatur Vincentius, itaque vultu lugam capessit: cum ecce effrons mulier horrendum vociferari, domesticos convocare, ac Vincentium accurrere, quasi vim sibi inferre voluisset. Verum suo malo! quippe eo momento a malo demon oblecta fuit, nec ab alio, nisi ab ipso Vincentio potuit liberari. S. Eugenia Virgo & Martyr (*Sancti. Regn. Dei part. 5. cap. 3.*) dissimulato sexu in Monasterium Virorum ingressa vitam sanctissimam vixit. Erat tunc temporis in urbe Alexandria mulier, nomine Melantia, quae sub schemate morbi eadem insidias Eugenio, quas prior illa femina Vincentio struxit

Vocatur Eugenia ad iudicem, qui erat Philippus ejus pater: parum absuit quin ad mortem condemnaretur! & quid factum? Eugenia nil aliud habuit super, quam ut infcio ac mirabundo genitoris & nomen, & sexum proderet: sic pro innocente declarata, Melantia autem rogo adjudicata fuit. S. Piacrus (*Responsum. sancti. cent. 2. p. 1. §. 47.*) ab Episcopo Melandis fundum pro confratendo Monasterio habitabat: Episcopus tantum patrii illi concessit, quantum posset una die propriis manibus fossa circumvallare. Piacrus baculo lineam ducti, & quocumque ducti, statim terra effoditur, a boreseque, ac fixa recedant. Id videns quadam mulier sanctam Dei famulam pro venefico muliere sanctam, plurimis etiam calumniis impetit. Verum sanctus Vir, ex injuria commotus rogavit, impetravitque apud Deum, ut deinceps nulla mulier sine illis transire queat. Quod & factum est: tunc temerarie ausu suspensum supra limites inferre, sed prima pex repentinamente igne ambutus, altera oculis capta fuit. En, mihi Christiane, quam verum fit Devotissimi Alanii lib. de plant. natur. pronuntiatum, dicentis, detractores esse similes papilionibus, qui dum lumen conspicientes illius splendorem obfuscate contendunt, nonnihi alas adumant, & justo Dei iudicio in eandem, quam alteri adornantur, miseriam recidunt.

7. Ex his autem suppliciis, quibus Deus detractorem multat in hac vita castigat, facile conclusionem formare poteris, quam atrocem illis penam in alteram vitam relinquit. *Deus ceteros dentes eorum in ore ipsorum, molam lionum confregit Dominus, ait Plalmista, (Psalm. 57.)* quibus verbis ad mentem Hugonis Cardinalis in hac loc. detractores perstringit: ficut enim leo tam feotidos habet dentes, ut carnem aut fructum, quem ammordet, omnia animalia ob pessimum relictum odorem naufcent, & avertentur: ita cum detractor honestissimum hominem mordaci dente arrodit, ille abjectus, despectus, & vilispenus ab omnibus habetur. Verum hos dentes conteret Deus! in inferno hii dentes ignitis malleis confingentur, & quidem tot scilicet, quot verba contra famam proximi injuriose eructant. Ideo certe pxi Christiani, qui vero falacis desiderio tenentur, si forte hoc vitio lapsi sint, illud viribus omnibus ante mortem revocare contendunt.

8. Henricus Montmarantius Regii sanguinis & generosi animi Princeps (*Theat. Franc. Hist. 36.*) in Gallia, cum despotism Cardinalis Richelii potentiam, favoretemque, quo apud Regem valebat, lividus oculis inuenerat, ad partes Gannonis Ducis Aurelianensis, qui Regis germanus frater erat, transiit, & ad expellendum amulum cum rebellibus subditis arma cepit. Verum in praelio ad castellum Ariancum re infelicitate gesta captus, Tolosam ductus, & perduellionis reus ad mortem condemnatus est. In examine iudicium inter alia interrogatus, a catalogo perduellium subseripfisset, negavit id

se pernegavit, cumque secretariorum aliquis illi in scripto catalogo characterem & sigillum exhibuisset, illum impostorem ac fallacium convulsio est, qui suam manum & sigillum dolente imitatus fuisset. Interim indicibile est, quantis interfectionibus Regni Principes, & primi ordinis nobilitas pro gratia & vita captivi laboravit: verum Rex Richelii suggestionibus confirmatus permissit in sententia, & captivus Dux admiranda fortitudine ad mortem se parabat: vocavit enim conscientiam arbitrum, illi totius vitæ noxas maximo cum dolore exposuit, factis sanctum Eucharistia Sacramentum devotissime sumpsit, res temporales testamentum composuit, cor suum in Ecclesia Sancti Ignatii sepeliri precepit, literis amantissima conjugii testimonium pretiosissimam picturam dono consignavit, sua debita exchangendi modum prescripsit, famulos in compensationem præditæ fidelitatis Regis gratia commendavit, & his omnibus prædictis reliquum tempus inter præstantissimarum virtutum exercitia resignatissimo Deo consecravit. Illud autem præ cæteris memorabile, quod cum ultimo iudicium confessus fuisset, non tantum commissa delicta humillima sinceritate aperuit, sed jam dimissus ex aula, denovo admitti rogavit, superesse adhuc quod confitendum censeret. Auditus edixit: Domini, anteriori die, cum Secretarius Guillemet, meo me characterem & sigillo convinceret, impudat falsi criminis illum repulsi, asserens, quod & manus & sigilli imitatione veritatem corruerit: falsum erat hoc assertum ab iracundia proferentem, Secretarium Virum honestum agnosco, & me exhibitæ scriptis professore. Hæc elocutus, generoso gressu ad ferale pænam progressus sub carnificis gladio non sine millenis aspectantium lacrymis vitam finivit. Cur autem generosissimus Dux adeo curæ habuit illud assertum, haud adeo magni momenti revocare? quia timuit, ac seiviv salutem, quam unice affectabat, sine tali revocatione obtineri non posse. O mi Christiane, quid tu? Videris mihi simillimus ranis, de quibus supra: (*Vvber. art. d. f. 48. c. 2.*) ranæ, cum primo vere terra ex hysimali frigore adhuc arida, arbores foliis & natura frugibus destituta est, in lacunis tota nocte coaxant, quasi suis clamoribus naturæ hanc insecunditatem exprobrantes: in mensis autem augusti, cum feges ad saltem maturescit, & arbores frugibus surgunt, ranæ adeo obmutescunt, ut os eorum nec manu, nec baculo aperiri possit. Eundem in morem & tu agis! tu ad defectus, & delicta proximi clamorosus appares, tu ad laudabilia ejus facta oculos de industria avertens rages, tu gravissimas detractiones adeo nauca habes, ut in confessione interrogatus, an tua loquela fame detrimendum caularit? frigide respondes, non causasse: sic deceptus conscientie arbitri restitutionem non urget, tu damnum non compensas, & mores? qua morte? Deus scit!

Et debita remedia adhibeantur.

9. *Epilogus.* Age, mi Christiane, si hujusce leris te conscientia accusat, matura revocacione, quam chara tibi salus est, anima convole, & de cætero damnosum hoc vitium sollicita attentione declina. Vis remedium, qua ratione illud declinare valeas! Dabo duplex, unum pro te, alterum pro aliis; Monachorum quidam, (*Sanch. Regn. Dei p. 5. c. 4.*) qui forsan de lingua lubricitate sibi dissidebat, dextrorsum in cubuli pariete scripsit sua peccata, sinistrorsum obligationes sui status; & data igitur occasione detrahendi & hinc & illinc oculos convertens, atque sic proprios, non alienos errores curare dicebat. Tu, mi Christiane, imitatus hoc exemplum scribe ex una parte tua delicta, ex altera tuas omissiones, & insar pavonis, vix pædam nigredine caudam complicare discases: non est expeditius remedium contra detractionem, quam recordatio propriorum scelerum: Hæc pro te, jam pro aliis, Pientissimus Thomas Morus Anglius Cancellarius, & dein gloriosus pro Ecclesia Martyr, (*Monach. cont. 5. c. 21.*) cum aliquando hominum consortio interesset, ubi fama proximi damnosissimo discursu lacerabat, quæstus, quid ipse fentiret? oculos sursum levavit, inquit: Profecto Equare hujus hypocauli est valde artificiosum, & proportionatum, quo loquendi generis abrupte discursum, quem sibi ingratum hoc responso offendit. Sic & tu fac, mi Bone, cum audis proximum profundè, ingere alia, loquere de novis, de domesticis, de agris, de bobus, & aliis: offende indignationem, & aversionem animi, respice potè tergum, exipue in terram, confrica caput, conquerere de cibis nimis salis, lauda vinum, aut condimenta mentis, increpa canes sub mensa transeuntes, & que sunt similia. Cum taurus (*Mansi V. De nat. d. f. 15. n. 8.*) adversus hominem herocire incipit, is pallium in cornua tauri injicit, damque hos pallio, quo caput involutum est, sese eximit, homo velocissime fugit: Ita Deum timens agere debet quando linguam maledicam audit, illum in aliam disparatum discursum divertere, & distorgere debet. O si id fieret in hominum consortiis, quantum huic vitio poneretur repagulum! &c. &c.

Dominica XIV. post Pentecosten.

### CONCEPTUS XC.V.

De peccato Sufurrationis sibi invidiæ, eiusque damnis, supplicii ac remediis.

Nemo potest duobus Dominis servire. *Matth. 6.*

Dolosa garrulitas, qua duo in munus idem inflammantur, vocatur Sufurratio.

1. **I**n aula Basilii Imperatoris eo tempore quo Leo VI. Basilii Filius jam una cum Patre regi

regni gubernaculum tenebat, versabatur vaserimus quidam sycophanta, Theodoretus Santabareus, (*Monach. cont. 4. c. 73.*) qui cum a Leone minus, quam optabat, estimari se adverteret, juvenem Principem per fraudes ac imposturas in ruinam dare decrevit. Igitur sub schemate amicitie maxima cum confidentia submouit Principem, ut venatum cum Patre exiens occulta se sic armaret, non desse infidiatores, qui mortem illi truerent. Leo nil suscipere metuens morem gessit monitis, tum impostor eadem amicitie larva adit Basilium Patrem, rogans & obtestans, ut vitæ suæ consulere; filius enim tuus regi ambitione, que omnem liberorum reverentiam tollit, eadem tibi machinatur, atque ut verbis falem habeas, id tibi signum erit, quod pugionem sub thorace absconditum gerat. Imperator rei experimentum capturus aulam ad venationem convocat, in sylvam progressus, repente Leonis filii jubet vestimenta excuti, invenitur fida, Leo non auditus in carcere rapitur, & ad penam excoelationis damnatur, que sententia certo certius fuisset executioni mandata, nisi iratus Pater proceram & totius aulae intercessionem fuisset mitigatus. Interim impius susurro sibi de subalio adversario gratulabatur, sed decepti seipsum; quippe paulo post Basilio feni & natura leges solvete, Leo in emortui thronum suffectus illi negotiorum prius habuit, quam ut impostorem ad penam vocaret: illum flagellis caedi, & utroque oculo Athenas in exilium expelli iussit, atque adeo malum quod infelix Santabareus Principi paravit, in ipsum caput recubuit. En mi Christiane, quam verum sit Christi Domini assertum: *Nemo potest duobus Dominis servire.* (*Matth. 6.*) utpote qui ordinarie sunt adversi moribus & humoribus: unus ambitiosus, alter suspiciosus, hic ad iracundiam, ille ad emulationem aut alia vitia pronus. Rationem statim subjungit Redemptor: unum enim diligit, & alterum contemnet, id est, bipartito corde, ac lingua uni alterius arcana pandet, donec hoc susurracionis commercio irrita Dominum in mutua bella convolent, & ante omnia ipsi susurroni in penam turbatæ pacis cervicem frangant.

2. *Propheta.* En mi Christiane, susurratio foris est detractionis, quia æque filia invidiæ. Est autem susurratio ad mentem Gardinlis Cajetani in Summa V. susurr. oblocutio, seu dolosa loquacitas ad tollendam inter aliquos amicitiam: differt a detractione, quod ista dissimulationem proximi, illa autem pacis turbationem intendat, videturque esse gravius peccatum, quam illud; quia amicitia, quam auferit, grandis bonum est, quam fama, juxta illud, (*Ecl. 6.*) *Amico fideli nulla est comparatio.* Hujus igitur peccati naturam, damna, supplicia, ac remedia breviter considerabimus. Attendite! Favete! *Ignobile vitium, quod omnes hominum status turbat.*

3. *Confirmatio.* Sufurratio ignobile vitium est, quod in homine prudente, timorato, ac bene

Christiano rarissimo aut nunquam invenitur, sed tantum in iis, qui bene ordinato intellectu, & præsertim charitate carent, prout loquitur S. Bernardus, serm. 29. in Cant. Dolium quod recenti multo repletur, continuo murmurat, & locum protrudit, atque nisi in tempore aperitur, dirumpitur: ita stolidus homo, (*Monach. cont. 10. c. 42.*) cum arcum aut novum quid contra proximum inaudiat, non potest conquiescere, donec illud effusit, atque cum publicè illud vitium proflare conatur, sibi dicit, & saltem tacite in aures amici aut patroni infuratur. Quod pejus est, cum una vel altera vice suo aulcatori placuisse advertunt, de industria acutiores oculos in proximo defigunt, atque (dissimulatis omnibus, que laudabilia sunt) ejus defectus, & errores cum in finem annotant, ut porro habeant materiam garrandi. Latio-num canes, qui in macello quotidie vivunt, utut carnes opparant in magno affluxu aspicunt, tamen non carnis, sed ossibus, sanguine, ac putredine palcantur; ita susurrones, ait S. Bernardus Senensis, T. 1. serm. 23. a. 2. c. 2. ut in proximo charitatem, liberalitatem, temperantiam, orandi studium, aliaque virtutes admirari, & imitari possent: tamen præ cæteris ejus navos perstringunt, aut etiam bona male interpretantur, ut habeant, quod apud alios traducant, & inimicitiarum semina spargant. Est ergo susurro impostorum pessimum, non nisi ad nocendum aliis natus.

4. Quemadmodum unum nulla est tam pretiosa vestis, quam tinea non arrodit: ita nulla est tam inculpabilis conditio, aut status hominum, in quo non damnable susurracionis crimen dentes degit. Præcipue autem invenitur illud primo, inter famulos & ancillas; cum enim unum videat, quod alter majore Domini aut Domine favore potiar, sine intermissione cum confictis etiam, & exaggeratis accusationibus denigrat, eo nonnunquam successu, ut innocens efamulatio ejiciatur. Secundo invenitur susurratio inter officios ejusdem artificii, qui ut copiosos emptores, aut conductores alteri suffunderent, illius labores contemnum dicendo, esse hominem dolosum, tardum, negligentem, ejus artefacta & mercedionia ejus nimis vilia, cara, corrupta, & que sunt similia. Tertio invenitur susurratio inter ejusdem officii aut dignitatis candidatos, dum enim unus metuis non sors sibi ab altero præcipitur, illum nigerimis coloribus depingit, & errores jam multorum annorum oblivione absconditos in lucem protrahit. Quarto infidat susurratio amicis intimis, ac conjugibus; cum enim canina invidia tabescens latero videt duos sibi optima pacis contentiones, & sibi opportuno auxilio invicem succurrentes, tandem in alterius aures latrat, donec alteram de fide suspectum reddat. Quinto & maxime susurratio sepe immiserit jurgis dissidentium; cum duo invicem litigant, rixantur, & maledicunt, supervenit tertius, atque ut crumenam saginet, aut commoda sua promoveat, utriusque

utro-

utroque, quod auditu volupe est, garrir. Et in hoc dæmonio artificio maxime eloquentes esse solent vetulae anus, quæ sub prætextu visitationis ab una domo ad alteram currentes ambalextrae sunt, atque apud utramque dissidentiam partem classicum canunt: O mea Vicina, non credis, quæ contra te effusit mea focura? Deinde currunt ad istam. O mea focura, quæ crimina de te spargit mea Vicina! sic vitrum vini adusti pro congiario sperant, nec curant, quod inimicitia ad diuturna tempora inflammantur. Sus domestica & aper sylvestris subito convenientes dicebantur de porculis, quos secum habebant: Mei funt, dicebat illa! mei sunt subinerebat iste! jamque ira exardescentes, exerebant dentes, & fragem sibi invicem militabantur, cum ecce! sub proximo demoto observabant lupum & vulpem: quid voluit isti? Vah! quid volent? expectant, donec fixantes ex prælio voluntur, tum utrumque sanus facient, ut eorum carnisbus saginentur. Hoc ubi duo litigantes adverterunt, mox inita pace amici facti sunt, & porculus æquali numero partiti aberant. O quam consulto dissidentes hujus suis, & apri compositionem imitentur; quia mediatores illi, qui suis futuris utrique placere student, nonnisi utriusque infortunium, & suam exinde commodum astuta suspugnam vulpina & rapacitate plufquam lupina machinantur. Sed, inquis, illi iterum reconciliati sunt? quid tum? conciliata amicitia est? (scindatur hodie hæc vestis, consuta artificiosissime, non amplius nova est! conciliata est! hæc dicit perverberat.) Sed rogari utramque, ut fideret, quæ ex me audisset. Est ridiculum, ait sanctus Chryostomus, Hom. 3. ad pop. cum adjuras alterum, ut nemini dicat, ipso facto declaras, quod rem reprehensione dignam commiseris: si enim illi, ut nemini dicat, rogat, multo magis te privum hodie dicere non oportebat. Nihil mali exortum est! Palleris, demoustrat contrarium.

Multa bona impedit.

5. In primis suffuratio multa bona impedit: Alexander Magnus (Curtius l. 3.) ætivo tempore in flumine Cydno se lavit, verum ex vehementi aque frigore in lethalem morbum incidit: vocat Philippum Medicum, & iste ægotanti potionem præscribit: interitus literæ veniunt a Parmenione Duce, quibus monuit Regem, ne a Philippo pharmaca sumeret; cum enim Dario Rege Perfarum, & hoste infensissimo pecuniis corruptum, & ad procurandam Alexandri necem litteras esse. Quid faceret Rex? una manu lempas Parmenionis vulv culcitra productas Medico legendas tradit, altera scyphum arripit, & medicinam generose absorbet. Quid operata est medicina? Rex paulo post ex interio convulsit, consequenter falsa erat Parmenionis submonitio. Sed ponamus Alexandrum morem gestisse monenti? quid tunc? certo certius occubisset, consequenter bellica expeditio

post tot millionum expensas in medio victoriarum cursu suffuminata, & nascent Græcorum Monarchia in incunabulis extincta fuisset. Non volo Parmenionem, qui forsitan deceptus decipit, suffurationis arguere, sed tantum ex hac comparatione ostendere, quanta bona hoc vitium præpedire possit, ac soleat. Est aliquis studiosus, qui aspirat ad sacerdotium, ubi profuit naturæ & gratiæ donis multa posset præbita bona: Est aliquis, qui sollicitus officium, in quo ad reformationem plebis & tollendas morum corruptelas magnam haberet capacitatem: Est benefactor, qui cogitat dotare inopem filiam, quam videt versari in periculo perversionis: Est advocatus, qui amat suscipere causam capti innocentem incarcerati: Est amicus, qui vadit invitere & consolari ægotantem amicum, æque beneficiere. Est vicinus, qui cupit reconciliari inimico, & tollere hostilitatem jam diu scandalosam. Est denique dives, qui decrevit condere testamentum in gratiam Monasterii. Et ecce! hæc omnia opera, aliæque, quæ ex his concatenata fuissent consecuta, in ipso fomite impius suffurro, qui studiosum illum Ordinum, aut officii candidatum, qui inopem filiam, qui innocentem captivum, qui ægotantem amicum, qui reconciliandum inimicum, qui Monasterium illud pessime denigravit, ejusque famam injuriosissime profudit. Ea quanta bona suffuratio contingere, & annihilare solet. Quis in pulvere violenter infusit, facit, ut presentes, quibus subtilis illa terra in oculos involat, nihil amplius videant: ita impius suffurro garrulitate in causa est, quod benefactoris & patroni nec justitiam, nec misericordiam amplius respiciant; similitudo est S. Gregorii, Hom. in Ezechiel.

Et multa mala causat, sibi ipsi autem maxime nocet.

6. Nec contentum hoc vitium multa bona impedit, insuper plurima, æque gravissima mala causat. Ponamus, (quod Deus avertat) grande oriri incendium, & ecce! unus aliquis, pro eo quod afferat aquam, videtur comportare ligna, oleum, stipulam, paleas, aliisque materiis combustibiles, itaque cumulatim ingessit nutrire ignem: quis non crederet hunc hominem, aut esse stultum, aut esse incendiarium, qui publicam calamitatem adeo non miseratur, ut eam augmenet? subtrahenda sunt ligna igni, non injicienda: alias incendium nunquam decreset. Quod stolidus iste aut perverfus homo, id ipsum revera agit suffurro, cum duo inimicum in inimicitias exardescunt, illi ligna comportat, irritatque animos magis magisque ita inflammat, ut odiorum incendium in diuturna temporis propagetur. Quid stultius? quod malignius? pacificandi sunt animi, non exasperandi: hunc in finem enunciat, & hæc similitudinem confirmat facer Proverbiales, inquis: (Proverbia 26.) Cum defecerit ligna extinguetur ignis, & suffurro subtrahiturgia concitescunt.

7. Verunt inter ea mala, quæ suffurro causat, maximum sibi ipsi irrogat, sicut Ericus Marius, ait Drexelius, in Phæc. c. 18. §. 5. quia aculeis plenus est, omnibus maris piscibus timore, & odium incutit: ita nimis quam certum est, quod omnes prudentes, & ingenui homines suffurro ex inato quodam odio fugiant, & avertentur. Dein etiam Deus justo judicio decernit, ut ea mala quæ suffurrones suscitare intendunt, ordinario in illorum capita recidant: si familiam subvertunt, & ipsi ad incitas redigent: si pacem amicorum turbent, & ipsi domesticæ bella experiantur: si charitatis vincula rumpant, & ipsi amicorum benevolentiam amittunt: si hominem a via mandatorum abducant, & ipsi in gravia peccata prolabantur: si Dominum contra subditos, subditos contra Dominum indigent, ipsi omnium primi utrorumque bilem exhibere debeant. Cum Hispaniarum Reges Regno Lusitanæ post infelicem Regis Sebastiani obitum dominarentur, (Theat. trag. Hist. ro.) Philippus IV. gubernatorem illi præfexit Ducom Oliværem, & a secretis illi adjunxit Michaelem Vasconcellium, vaferum ingenii hominem, qui pro ea, qua contra Lusitanos ardebat, invidia identidem Comitum gubernatorem extimulabat, ut Lusitanos in depositam servitutem redigeret, eorumque jura ac privilegia arctioribus quotidie terminis circumscriberet. Paruit Gubernator inquisitissimis montis, quapropter Lusitanæ gens ex indole sua ad ambitionem prona, in honore, in temporali lucro, & auctoritate tyrannice læsi ac oppressi sunt: in honore quidem, quia contra expressam ipsorum conventionem, promissionemque Regis nemo eorum ad regiminis concessum, & conclusam admittitur. In lucro temporali; quia non solum inconditis exactionibus emungebantur, sed etiam libera negotiatione interdicebantur, navibus tum privatis, tum publicis ad obsequium Regis relevatis. Denique in auctoritate; quia officia publica non melius merito, sed plus offerenti vendebantur, Lusitanibus locorum in iudicis causa cadebant, Nobilitates mandato & vi ad bellum in Catalonia gelum vocabantur, cumque sua jura, ac privilegia obtenderent, ad carceres, ad multas pecunias, nonnunquam etiam ad transtra & exilia damnati sunt. Rebus sic sanctibus irritati Lusitani, cum viderent se non tam pro fœderata, quam subiecta gente haberi, de excutiendo Hispanorum regno consilia agitare ceperunt. Prima Decembris anno 1640. conclamantur ad arma, irruerunt in regiam arcem, trucidatisque, qui obstitere auti sunt, altis vocibus Joannem IV. Ducom de Braganza Regem postulabant. Hoc in tumultu primi ordinis officialibus fere omnibus interfectis, solus supererat Vasconcellius, qui auditio seditionum clamore, ac fitularum sonitu, ocella porta in interiora cubuli se recipiens sub librorum ac scripturarum farragine sese occultavit; verum effracta porta inventus, atque gladius perforatus pro fene-

stram ejectione est. Non est facile dictum, quanta rabie populus contra miseri hominonem cadaveræ fœverit: illi oculos eruerunt, aures præsciderunt, barbam evulserunt, calcibus percuterant, spuis deturpant, canibus lanianandum objecerunt, lapidibus obruerunt, & nihil crudelitatis omiserunt, donec tandem ignobilis & abjectus, instar mortuicini vespere tumulatus est. Ea! mi Christiane, quæ ratione fulmina, quæ suffurrones altis cadunt, in caput ipsorum relabuntur, sicut apes, dum cum dolore aculeum insigunt, tandem eo relicto ipsæ quoque perunt; ita maligni suffurrones paulo post, quam proximo malum infixerunt, sine honore, sine comiseratione, sine luctu pereunt. (Lacinius in Polyanth.)

8. Quid dicam de restitutione, seu revocatione, ad quam suffurro, præsertim ille, qui proximo confecti sui falsi criminis notam aspersit, non minus quam detractor obligatur, ita quidem, ut sine hac nec abolitionis beneficium, nec æternam salutem sperare valeat? Ponamus te a serpente immisso veneno morderi, (Manf. Tit. Detra. dicit. 6. n. 9.) postea vero serpentem incantari, nili proderit incantatio, nisi vulnere alterius remedi v. g. efficacis emplastris applicatio fiat: ita quamvis post alienæ famæ denigrationem doleas, confitearis, emendationem sperdeas, nil tamen omne id proderit, nisi lasionem famæ restitutione compentes. Divina pietas, ac misericordia, teste S. Vincentio Ferrerio ap. Manf. dicit. 11. n. 9. cuiusdam suffurroni delicta remisit, cujus proinde anima in delicti penam ad purgatorium perducta fuit. Ibi arsit diuturno tempore: post præstitam autem omnimodam satisfactionem exempta cum cælum ingredi pararet, supernas sibi portas in faciem occludi contempxit, & auditque vocem sibi dicentem: Non intrabis, quia tuum est, ut famæ illius prius rellitus. Itaque in terram descendere, & ibi suo debito satisfacere debuit. Nec cuiquam id creditu difficile videatur, ait idem sanctus; ego scio ipse per illum diffamatus sum, & a me veniam petivi.

9. Epilogus. O maledictum suffurationis crimen, quot millena anime non arderent in inferno, & quot bella, odia, cades & alia mala nunquam existissent in mundo, si hoc vitium non esset! Icis mi Christiane, quomodo huic vitio efficaciter resistere valeas? Duo tibi remedia præscribo. In primis cave, ut nulla in occasione suffurroni aures præbeas; nimis enim experientia probatum est sancti Hieronymi pronunciatum, l. 2. ep. 19. Tacito in multis ferret hoc vitium, quia post ab omnibus libenter auditur. Deinde magnam charitatem indue, & inter dissidentes potius pacem componere quam odio inflammare contende. Audi pro corone mirum hujus rei exemplum ad tuam imitationem! Mo-nachorum quidam (Ex l. sent. PP. §. 27.) in Scythiam venit ad sanctos Patres, qui dispersati ibi cellulis habitabant, ut visis eorum moribus

in virtute proficeret. Cum autem non inveniret cellulam, ubi moraretur, quidam ex senioribus habens vacantem illi aliquandiu inhabitandum indulgit. Ecce et: quoniam Monachus ille in proponendo Deo verbo specialem possidebat gratiam, quotidie ingens populi multitudo ad eum audiendum confluit. Id videns senior invidia ardere, cogitareque coepit: Jam tot & tot annis hic Deo servio, & nemo me convenit, ad hunc autem alienigenam quotidie fratres concurrunt! igitur praecepit discipulo, ut Monachum illum e cellula quanticus facere juberet. Perrexit Discipulus, dixitque: Salvare te habens Abbas, quarene quomodo habes, audivit enim te infirmari? Respondit Monachus, Dic Abbati tuo, ut oret pro me, quia somachi doloribus laboro. Regressus Discipulus dixit Abbati: Rogat sanctitatem tuam, ut vel trium dierum inducias ei largiaris, donec de alia sibi cellula circumspiciat. Elapsis tribus diebus denovo misit Abbas Discipulum: Dic ei ut egrediatur de cellula, alias baculo ipsum expellam! Pergens Discipulus nuntiavit ei: Valde sollicitus est meus Abbas de tua infirmitate, scire cupit, an melius habes? Respondit Monachus: Gratias ago charitati Abbatis tui, ejus precibus deo, quod melius habeam! Reverfus discipulus retulit: Etiam nunc supplicat sanctitati tuae, ut utique in diem Dominicam expectes, & tunc sine mora abieris. Cum autem advenisset Dominica dies, nec Monachus habitaculo excederet, & senior ira inflammatus irripuit baculum, percellens autem Discipulum rogabat: Praecedam te, Pater, videboque, ne forsitan fratres adint, qui visio te scandalizent. Praecurrit igitur discipulus, & ingressus ad Monachum dixit: Ecce Abbas meus venit ad salutandum te, egredere ergo celeriter, & pro tanta charitate cum gratiarum actione illi occurre. Confargens Monachus alacriter obviam progreditur Abbati, vidensque illum, in terram se prosternens aiebat: Retribuat tibi Dominus, charissime Pater, bona aeterna pro cellula, quam mihi propter nomen ejus in iulisti. Hae audiens senior compunctus est corde, prostratusque baculum curcit in ejus amplexum, rogans, ut non tantum in cellula remorari, sed etiam cibum secum capere dignaretur. His peractis vocavit discipulum interrogans: Dic Fili mi, an nunciasti verba, quae nunganda tibi propter cellulam precepi? Discipulus pacis amore, quae rei suberat addens, quod pacis amore, verba illa aspera nunciare ausus non fuisset. Hae audiens senior te prostravit ad pedes discipuli, inquit: Ab hodierna die pater meus esto, ego ero discipulus; quia hac verborum moderatione, & meam & hujus hospitis animam liberasti. En! mi Christiane, hoc prototypum tibi ante oculos pone, & cum duos diffidere concipis, utrique suggerere stude, non quae ad bellum, sed quae ad pacem laiciunt. &c. &c.

## CONCEPTUS CXVI.

De perniciosa gula & ebrietatis vicio, ejusque defunctus efferebatur, filius unicus matris suae, Luc. 7.

Hollenus juvenis mortuus est ex intemperantia, quae triplex malum post se trahit.

1. Sancte Evangelista Luca! quemadmodum hodiernum leneris comitatum, Matris luum, & Christi miraculum secundum omnes circumstantias descripsisti: ita vellem, ut etiam causas morbi, & mortis, quae juvenem filium abrupit, nobis indicasses. Quis inmitte pas pulcherrimum florem in medio aetatis vere obtulit? quis vermis vividam, unicamque familiae radicem arrosit? quae praecox prunae rubicane hoc pomum corrupit? Nempe, cum facti scriptores nil certi definiunt, fas est incerta conjecturare. Arbitror ego, hunc juvenem in dissolutam vivendi rationem effusum intemperantiae, & ebrietatis pramatorem sibi mortem accessisse, nec sine fundamento, (Manlius in *Evangelio* hic v. 12. n. 15.) Nam primo, per mortem genitoris a paternae subjectionis iugo liberatus plenissima libertate gaudebat: Secundo, quia unicus erat, & forsitan unigenitus matris filius, ab ipsa, foemine amoris vicio, dedicate fuit nutritus. Tertio eo ipso, quod mater esset vidua, ipsius imperitiae, & correctionis curam curabat. Quarto, a coetanea adolescentium turba, qui ejus fanus numerose comitabantur, ad omnis generis recreationes fuit blandus alleclus. Quinto denique probabiliter fuit amatus sancta Magdalene, a cujus castello vero Naim haud procul adiacebat: Ergo credibile est, quod in conviviis & symposiis, in vitris & cantharis, in computationibus & ebrietatibus, ad morem moderatae juventutis genio indollerit, & sic contractis sebris ac morbis cito morti succubuerit. Argumentum hoc confirmat Doct. Didacus Stella, paucis afferens, in Luc. (hic) *in deliciis suis variis, quae ad mortis sepulcrum plurimas deferunt.* O maledictum gulae & intemperantiae vitium, si tu non esses, innumerum homines pro status sui conditione fat locupletes dederent, qui nunc famem, sitim, & extremam rerum omnium inopiam patiuntur! Si tu non esses, innumerum homines valida corporis constitutione fuerent, qui nunc infirmis, destructi & virtus exhausti in grabatis contabescunt! si tu non esses, innumerum homines in Christiana pietatis exercitio Deo servirent, qui nunc pessimos seculares assuetudinibus obnoxii, infernali animarum raptorum in praedam cedunt!

2. Propositio. Agite Dilectissimi, postquam materiam de invidia absolvissem, jam vitium gulae, ejusque pessimos effectus consideremus. Quia

nam sunt isti effectus? sunt complures, quos hodie ad tria capita reducere lubet. Gula & ebrietas absumit fortunam, consequenter est mater paupertatis: Gula & ebrietas destruit salutem, consequenter est mater infirmitatis: Gula & ebrietas generat vitium, consequenter est mater impietatis. Paucis: est inimica pecuniae, corporis, & animae! Hac materia, hac divitio! *Attende, ne graviter corda vestra in crapula & ebrietate!* (Luc. 21.) Favete!

§. II. *Destruit bona fortuna per prestigialitatem.*

3. *Confirmatio.* Gula, & ebrietas absumit bona fortunae, consequenter est mater paupertatis. Aperiamus Scripturam! Postquam diluvii aqua, quibus Deus universam terram submergerat, recesserunt, Noemas ex arca egressus plantavit vineam, & se vini auctor fuit. O piosissimum Senecio! si ego tibi addidissim, infelix hoc inventum, ex quo innumera mala pallabant, omnino distulissim! (*Corn. a Lap. in Genes. 10. v. 38.*) Ecce enim Patriarcha Loth ebrius geminum incestum committit: Samson ebrius per Dalila hostibus tradetur: Holofernes ebrius a Juditha capite truncabitur: Sifara ebrius a Jahele clavo confingetur: Herodes ebrius Joannem Baptistam decapitari jubebit: Dives Epulo ebrius pauperem Lazarum fame perire sinet: Alexander ebrius fidelissimum amicum Clitum lancea configit: Rex Balathar ebrius ab ignota manu sibi mortis sententiam ferri videbit. Et ut ab aliis abstraham, tu ad mihi ipsius infamiam impudentissimo secleri occasione dabis. Quae ego finitri accidit Noemo? Scriptura dicit: (*Genes. 9.*) *Ebrius vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.* Caetera non describo, sed premo verbum nudatus est, quod alio sensu significat, exutus est, expoliatus est, vestibus privatus est. O quoties id ipsum hodie affirmari potest de immoderatis helluonibus, qui ex crapulis & ebrietatibus ad pauperiem & nuditatem rediguntur! Vidi apud Nobilem illum olim aures & argentea vasa, nunc nudatus est! Vidi apud illum mercatorem pretiosarum velium ornatum, nunc nudatus est! Vidi apud illum artificem picturas & supellectilem elegantissimam, nunc nudatus est! Vidi apud illum civem rerum abundantiam, & dotes siliarum amplissimas, nunc nudatus est! Vidi epud illum agricolum boves, oves, equos, prata & agros, nunc nudatus est! Vidi apud illum operarium vicium satis convenientem, nunc nudatus est! Unde vultum iam insperat paupertatis? Ex hoc antecedente: *Inebriatus est!* ubi multa bibitur sanitas, sequitur rerum vinitas! ubi Bacchus proficit, Mammona deficit! ubi regnat ingluvies, succedit pauperies. *Qui diligit vinum, non dilabitur.* (*Provs. 21.*)

4. Quidam Gallias Atheniensis onnem suam substantiam una cum vino absorbit, postea ad tantum delapsus est inopiam, ut etiam hyemali tempore in nivibus nudipes ambularet: ideo

passim, ubi transibat, hoc somate notatus est. *Hic a vino delapsus fuit.* Simili faracino proferendi potest quilibet ebriolus, (*La Sclvs Dom. a. Epiph. p. 1.*) qui in caupona diu noctuque hactenus bibit, & vorat, quousque crumena evacuetur: nunc domum, nunc agrum, nunc pratum vendit, nunc ab amico pecuniam mutuo accipit, nunc mulieris dotem pigriori dat, donec dissipata sint omnia, & in domo appareat inane nihil. Quid autem deinde?

5. Deinde sublequitur paupertas, post paupertatem fames, post famem mendicitas, post mendicitatem contemptus, post contemptum pullillanimitas, post pullillanimitatem desperatio, & tandem luctuosa facinora, de quibus orbis oblitus est. (*Jo. Bonalditi l. 3. summo c. 7. in append.*) Graphicus quidam potator lafui, & crapulis deditus rem omnem in popinis consumpsit, cum cum aliquando liberantem pauperem laxor accessit, summoque ebriorem inopiam expulit. Verum ille Luane cerevisiarum in iustis actus miseram mulierem, spectantibus, & coridentibus sociis, verberibus crudeliter cepit, pugnaeque operatam ac sanguine persulfam domum redire iussit. Abit misera, occurrit illi duo pedes, quae hinc & inde vestem illius apprehendentes lagubrem in modum panem rogitabant. Ab! pueri, aiebat ita, unde ego panem, cum pater vester decoquat omnia? nonne praestat mori, quam fame languere? His dictis desperanda arripit cultrum, & utramque prolem jugulat. Sub mediam noctem matris domum reversus ebrius, ac sui impositus se committit, quem mulier, ubi somnositum vidit, eodem cultro, eademque audacia interfecit, inquit: Moxe impio, tu perverbia vivendi ratio fit tu ipsus, & mea, & liberorum ruina. Altera die facinore patefacto ipsa a Magistratu comprehensa, & rei veritatem facta ad mortem damnata supplicium libertatis, habita prius admonitione ad conjugatos, ne sic sua in aleis, & computationibus dissiparent. En mi Christiane, qua ratione gula & ebrietas in paupertatem, & hac mediante in luctuosas tragedias desinat.

§. II. *Deon corporis per infirmitatem.*

6. Gula & ebrietas destruit valetudinem, consequenter est mater infirmitatis. Franciscus Patriarcha Ep. ad Card. Colonna, hac super te ingeniosa fabula moralizat. Aranea iter faciens obviam habuit podagram, eamque interrogavit, quo & unde? illa respondit, se hactenus servisse rustico, sed laboribus, inedia, ac virgulis adeo male fuisse habitam, ut jam alium Dominum querere cogeretur. Aranea contra aiebat te habitasse in domo divitis, ubi meret laticia, laticia, vina, & convivia, quoniam Dominus omnes adium angulos mandos, tersosque voluerit, te non potuisti exercere tuam texturam, propterea jam prostram abie & aliam Dominum investigare. His auditis subnitulit podagra: eja matrem habitaculum,

fic utrique consulum fore videtur; tu poteris apud rusticum libere texturas tuas ficere, & ego apud divitem delicatius habebor. Accipit aranea mutationem, atque hac ratio est, cur podagra frequentius atque divites, & delicatos, quam apud pauperes & frugales inveniantur. Quod eruditus hic scriptor de podagra discurrit, id ipsum de hœtica, de phthisi, de sabulo, de calculo, de hydrope, de catarrho, de tussis, de asthma, de vertigine, de apoplexia, de lethargo, de epilepsia, aliisque morbis discurrendum venit, quorum plerumque intemperans vivendi ratio lons & scaturigo est, cujus rei Medici varias assignant rationes.

7. In primis sanitas corporis consistit in debita humorum proportione, ac symmetria, tam secundum quantitatem, quam secundum qualitatem, ita ut integra sanitate fruarer, cum in nobis hæc debita humorum proportio perseveraret, & tunc infirmi sumus, cum hæc proportio turbatur. Hæbetur autem ab experientia, quod abstinentia & sobrietas ita humores temperet, ut neque in quantitate, neque in qualitate excedat: non in quantitate, quia per abstinentiam & sobrietatem superfluis absumantur: non in qualitate, quia per abstinentiam & sobrietatem noxii & corrupti humores excutiantur. Alia hinc non abstinens ratio ex Galeni l. 1. de cib. boni aut mal. succ. principis adducitur. Omnes sero morbi, quibus homines ordinarie laborare solent, ex cruditatibus seu ab imperfecta ciborum concoctione originem ducunt; cruditates enim sunt feminaria infirmitatum, quæ sunt hominibus cibo, & potu obrutus imperfecte concoquit, & ex imperitiis multis obstructions patiuntur, ut cerebrum pituitosis, & biliosis excrementis repletur, ut sanguis putridissimus humoribus corruptatur, & tandem toto corporis temperamento destructo innumera infirmitates generantur. Iterum alia ratio a calore nativo defumitur: calor naturalis habet suos gradus limitatos; si cibi aut vini plus, quam stomachus digerere valeat, sumatur, calor per reactionem opprimitur. Cumque ei vires desint ad concoquendam ciborum copiam, ex his omnibus fit quedam corruptionis massa, & noxiorum humorum congeries, quæ infectio est mæltorum morborum parens. Sicut infelix naufragio perit navis, quæ plus, quam par est, mercibus onerata, ita corpus quod cibos, & potus plus nimis repletur, exitio proximum est. Hinc Medici, cum infirmi alicuius curam suscipiunt, ante omnia interdicto omni vino agrotantis frugalitatem, & temperantiam commendant. Age, mi Christiane, numera, si potes, homines, qui ab ipso mundi exordio in hanc usque diem bello perierunt. Est impossibile, inquis, sola Græcia temperate Plutarchi adeo fuit incolis orbata, (Menoch. cent. 3. cap. 17.) ut deinceps ultra tria virorum millia in bellum producere non

powerit. Bellum Carthaginiense a Romanis gestum integra millionis, & quinque centenorum millium cede constitit. Bellum intestinum Cesaris & Pompeii ter centena millium millia abrupit. Caesar in bellis a se gestis centena, nonaginta duo millia supra millionem interfecit. Pompeius in templo Minervæ scripturam excidit, quia se factitabat vicies centena, octoginta tria millia occidisse. Terribilis fuit, quæ leguntur de excidio Iudæorum, quoramintra septuaginta integra millia cum ducentis quadraginta millibus crecenta interfectione deleta est. Sic singulis circum in quaternis quadripartibus ad minimum millo hominum computari potest, qui Martio gladio perierunt. Et tamen (sicut audi & oblitescere quid aiam) & tamen receptum est axiomata, ap. Speranz scripti. (sel. panth. 92. Phœtes occidit gula, quam gladius. Qui consonat Ecclesiasticus. Propter excidium multo ebrietas, qui autem abstinentes est, capit vitam (Ecl. 17.)

8. Oblerva hæc ultima verba: qui abstinentes est, adhibet vita. Experti sunt Medicorum principum Hippocrates & Galenus, qui perfecta sanitate gavisi vitam diutissime produxerunt. Primus ultra centum annorum consensens docuit, lib. Epidemion. sect. 4. abstinentiam esse optimam conservanda sanitatis est edere circa sanitatem, & impigrem esse ad labores. Alter qui quadraginta annos supra centenos vixit, tradidit hæc regulam, quod nunquam quis famem, aut sitim totaliter expleat, sed semper a mensa aliquantum elurians, & sitiens fargat. Verum quid in his naturalibus detinetur?

§. III. Bonus anima per vitia & impietatem.

9. Gula & ebrietas generat vitia, consequenter est Mater impietatis. Primum ita autem gula filia est libido, dicente sancto Paulo: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. (Ephes. 5.) Verum mi Genium Apollone nonne alio loco haud mediocri laude commendat vitium, scribens ad Discipulum tuum Timotheum: Modico vino utere propter stomachum, & propter frquentes tuas impietates? (1. Tim. 6.) Nonne vitium laudatur a Psalmista, (Psalm. 103.) quod lassificat cor hominis? Nonne sapientissimus Salomon suadet, (Eccle. 31.) Date vinum his, qui amari sunt animo, ut bibant, & obliuiscantur egreffi sui, & dolores sui? Nonne communis tertio mos omnium fere gentium consensu approbatus (Martini del Biol. 2. sing. c. 11.) ut in publicis lætitiis solemnitatibus, in coronationibus Regum, in triumphis, in nuptiis populo vinum propinetur? Notate, Dilectissimi, non improbatulum, sed abutulum, inquit: Nolite inebriari quibus verbis explanationem subnectens Cyrillus Alexandrinus l. 7. in Levit. ait Apollolum scilicetutum fuisse, ut ostenderet, ab ebrietate quasi primogenitam filiam generari luxuriam; nam cerebrum vino exaltans primo ad ineptam lætitiæ, de-

in ad immoderantiam, mox ad scurrilitatem, & denique ad luxuriam devolvitur. Neque dicas, mi Christiane, ego sæpe sæpius ebrius fui, & tamen hunc effectum non sensi; hoc enim adeo impossibile judicatis S. Vincentius Ferrerius, Dom. 2. post oct. Pasch. ut interroget ex te: Potes mortuos suscitare? & si tu respondeas non possum, subinfestat: Ebrius esse vivere est majus miraculum quam suscitare mortuos.

10. Sanctus Augustinus serm. 31. de temp. ulterius progreditur, & ut demonstrat luxuriam non tantum esse primogenitam, sed alia quævis vitia secundo-genitas esse gula filias, ebriosos comparat paludibus. Quid autem vult dicere? sicut in paludibus ranæ, hylæones, serpentes, sanguisugæ aliæque insecta, ac vitia animalia generantur: ita ebrietas blasphemias, stultitiam, detractiones, convicia, rixas, cædes, aliæque innumera mala adeo producit, ut a vertice ad calcem, prout loquitur Gregorius, in Dial. merum peccatum sit: oculi hominis ebriosi peccatum sunt: quia libidinose creaturas intuetur: aures hominis ebriosi peccatum sunt; quia scurriles & impudicos discursus cum complacencia percipit: lingua hominis ebriosi peccatum est; quia in blasphemias contra Deum, & in detractiones contra proximum erumpit: manus peccatum sunt; quia in rixas, & vulnere armantur: Pedes peccatum sunt; quia in occasionibus pedinas sese ingerunt: cor peccatum est; quia de Deo nunquam cogitat, sed pessimis desiderijs conquinatur. En quam fredda palus fit homo ebriosus, in qua scelerum montia omnis generis cautiuntur. Ebriosi omnium vitiorum fomes & vixis est, concludit S. Ambrosius, cit. in Decret. 15. q. 1. c. sane.

11. Sanctus Chrysolomus hom. 57. ad pop. necdum acquiescit: sed plus cæteris Patribus damnabile hoc vitium execratus, dicit ebriosum esse voluntarium demonem: in quo autem conveniunt demon & ebriosus? sicut demon, ita & ebriosus ab omnibus timoratis & prudentibus fugitur, ac odio habetur. Sicut demon, ita & ebriosus in suis tormentis, capitis aestu, machi dolibus nullam invenit commiserationem. Sicut demon, ita & ebriosus alios ad blasphemias, ad impudicitias, ad calumnias, & bella provocat, & incendit. Sicut demon, ita & ebriosus nemini prodet, sed omnibus nocere desiderat. Denique sicut demon, ita & ebriosus desperandum est, atque coelum, infernum, animam, etiamque æternitatem floccipendit. Audi terribile historiam, quam Cantipratanus l. 2. c. 58. p. 2. enarrat. Condebant in taberna quidam viri, & in variis discursus evivunt, cum mero lassuissent, interrogabant efferum, quid post hanc vitam mortale futurum esset? Vah! pessimum mortuum corruptelam, quod homines nati sunt carniarios & vitra strameno suo capite sublimissimas fides veritates scrutari, & ipsa Dei oracula in dubium vocare audent! Respondit ergo unus: crasse decipiuntur a nostris popis doctibus animas post mor-

tem vivere! puto ego & me, & meam equum aquali sorte emorturum! Hoc dicto omnibus in risum concitatis supervevit vir statura robustus, & facie torum aliquand supra hominem spirans, qui vinum postulans simul interrogat, quis sermo inter eos volveretur? De animabus, inquit ille garritor: siquis meam emere velit, levi pretio venalem exhibeo, & pecuniam in commune ad compotandum trado. Ridentibus omnibus, is, qui superveverat querit: quanto pretio venalem habere animam? Paucis Florentis, conveniens de pretio, emptor solvit, bibitur, saltatur, voratur in seram noctem, Tunc demum, cum tempus erat, ut quisque ad sua reverteretur, ignotus ille emptor convocatis omnibus, dicebat: Date impios! siquis equum coemit, nunquid & jus habet ad capistrum? affirmantibus omnibus subjuxit: Ecce! animam emi, corpus autem capistrum est! si que locutus arripuit miserandum hominem, & ejulantes, ac opem frustra clamantes per aera fecum avexit. Quorsum? sine dubio in infernum, quia fuit demon personatus.

12. Epilogus. En mi Christiane! disce alieno damno sapere, & execrabile hoc vitium studiose declina, quod tanta ac tam enormia damna in orbem invehit. Gula & ebrietas est Mater paupertatis; ideo cum bonis fortunæ nocet, a Magistratibus & superioribus sub gravissimis penis prohibenda est. Imperator Claudius, (Ammon. lib. 28.) cum Romæ Cenoris munereungeretur, severissime tabernæ interdixit, in quibus vina, & aquæ artificiosè bibebantur. Et Ampelius Civitatis Consul (Menoch. cent. 1. c. 25.) publico edicto præcepit, ut tabernæ vinarie ante quartam diei horam nonaperirentur. Galigula vero capionem suspensi iussit, qui in die funebri Brullæ potum vendidit, quasi ea venditione lactum publicum violasset. (Maxim. Tyr. disc. 7. Et Aelian. l. 14. Var. lib. 1.) Gula & ebrietas est Mater infirmitatis; ideo in damnum versit totius Reipublicæ: cum in urbem Spartanorum, quæ gens erat valde bellicosa, aliquando coquus venisset, qui se de insolitâ novitia condendi cibos, & coquendi aquas dulces jactitabat, cito sub comminatione grandis supplicii ex urbe facessere iussus est; nolebant enim Spartani suos cives, qui hæcænus simplici cibo assueverant, per commenda, & delicias effeminari. Denique gula & ebrietas est Mater impietatis; ideo necesse est, mi Christiane, ut de crapulis & ebrietatibus, quæ ex genere viti grave delictum sunt, & de peccatis exigas lecutis seriam coram Deo poenitentiam agas, ac sobrietate, & mortificatione compenses; nam tam vicia est, quam terribilis Auguttian serm. 23. de temp. sententia: Qui panitentiam de ebrietate non egierit, in æternam profecto peribit.

Dominica XVI. post Pentecosten.

CONCEPTUS CXVII.

De damnis gula & ebrietatis, ejusque panis & remissio.

Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco. Luc. 14.

Ut vitium ebrietatis sollicito fugatur, bene considerandum est, qualis homo christus sit erga seipsum.

1. Miror, quod Christus Dominus invitatus ad nuptias non aliud documentum quam de vitanda precedentis arrogantia dederit, utique in nuptiis, & conviviis graviora dantur vitia, quae magis, quam istud moneri indigerent. In conviviis ex parte invitantis invenitur luxus, & prodigalitas: Galeazius II. Dux Mediolanensis (Paulus Novatus in sua hist.) in gratiam filiae suae Violantae nuptiis convivium sumptuosissime instruxit: appositae sunt conviviis triginta phialae gemmis pretiosissimis locupletes, iisque post mensas remotas dono dati sunt septuaginta generosissimi equi aureis phaleris fulgentes. Tandem lautitiam, & ferulorum copiam ex coarbitrari licet, quod alteri mentis decem hominum millia accubuerint. Frater Viellii Imperatoris (Sueton. in Vitell. l. 1. 3.) convivium apparavit, in quo duo millia lectissimorum pilicum, & septem millia pretiosissimarum avium fuerant apposita. Porro hanc luxum maiore luxu superavit videtur ipse Viellius, (Plinius l. 37. c. 12.) quando cenam quinque & viginti aurocorum milibus aestimatum instruxit. Isaacius Imperator Graecus in conviviis adeo erat sumptuosus, ut aiat Nicetas, ap. Weber. art. disc. font. 39. n. 2. mensam illius fuisse collem panum, saltum ferarum, pilicum mare, & vini oceanum. Quam insolens luxus! Deinde ex parte convivarum invenitur intemperantia & ebrietas, quam describens S. Hieronymus in epist. ad Tit. ait: *Concupiscentia foras ire per singula, & insanias, quas ebrietas suggerit explicans: quidam poculis utuntur pro armis, & calicem una cum vino alteri in faciem projiciunt, quidam alteri vestem lacerant, quidam vociferantur, quidam dormiunt: qui potentior est ad bibendum, est gloriofior: accufatur, aut ladiitur, qui Regis aut amici fanitatem non haurit: vomunt; ut possint bibere, bibunt, ut possint vomere!* Graphica descriptio! Cum ergo in conviviis tam turpiter exorbitet, cur Christus Dominus ad nuptias iure de sola ambitione commouet? Nimirum conformavit fe genio temporis, loci & personarum: quia videlicet Judaei superbia, & arrogantia typho inflati primos in mensis recubitus cum contemptu aliorum superciliosae affectabant. Bene est! ergo & mihi has erit, ut genio loci & personarum me accomodem! cum itaque apud nos de precedentis ambitione, & de sumptuosio conviviorum luxu periculum non sit, loquar de tertio vitio.

2. Proposito. id est, de temulentia, & ebrietate, quae in conviviis adeo in abulum transit, ut convivae ad vesperam videantur in faunos, & satyros migrasse, clamant, vociferantur, & bacchantur, ululant, jurant: blasphemant, zixantur, vomunt, insultant. Quid autem dicam? Explicabo, qualem temulentia hominem faciat in seipso, qualem faciat erga proximum, qualem faciat erga Deum. En materiam! ea triplicem divisionem! Favete!

§. I.

3. Confirmatio. Homo gastrimargie & ebrietati deditus, est inimicus sui ipsius: destruit se tam in temporalibus, quam in spiritualibus. In temporalibus quidem, uti nuper declaratum, & insuper addendum est, quod sicut de Nabazardan principe Regis in Jerusalem, (4. Reg. 19.) qui ad mentem septuaginta Interpretum idem est ac Dux cohorum, dicitur, quod fecerit domum Domini; ita nimis quam certum est, (S. Greg. mor. l. 20. c. 26.) quod gula succendat ac destruat boni nominis existimationem, succendat ac destruat bona fortunae, succendat ac destruat vires uxoris ac filiarum, succendat ac destruat honestatem vitae, & denique ad debilitatem, ad inertiam, ad contemptum redigit. Hinc Cynicus ille Philoophus Diogenes, (Laert. lib. 6.) qui hominum more acuto dente carpere solebat, cuidam diviti, qui decedens suis omnibus in diversorio olivis vescebat, salte exprobravit: si fe prandisses, jam non ita cenares. In spiritualibus autem, quia sicut nubes obscurat solem; ita crassus vapor e ciborum & potus nimietate emergens adeo obundit mentis aciem, ut homo ejusmodi ad insignem sapientiam, & virtutis notam nunquam ascensus, immo in mille peccata, & tentationes prolapsurus fit, ideo certe S. Hieronymus lib. 1. cap. 47. *audacter enunciare ausus est: Nemo potest virtutis perfectionem attingere, nisi prius carnis edamovenda insuetudinem.* Cum infernali nimico homo sobrius grandem laborem faciat, donec illum in peccatum solum veniale pertrahat; poterit ebrium in scelera & qualitates, & numero gravissima sine difficultate precipitare, cum fere in modum, quo courinices tempore vindemiarum, quo bene patre ac pinguis fuit, ab accipitae facillime capiuntur. (S. Bonav. T. 6. in Diet. tit. l. 2. c. 8.)

4. Inter haec autem scelera, quorum ebrietas fomes est, facile principes numeratur luxuria: *Qui corporis sui carnes dedit nutriti*, ait S. Ephrem, tr. de tim. Dei *concupiscentias malas passus, quae concupiscentiam hominum innumeris tentationibus sine fine molestant.* Ideo plane mirari haud satis possum, quod ejusmodi peccatores in ipso sacro tribunalis conqueantur, aut sese excusent dicentes: *Isteur, & me in turpissima desideria, in fornicationes, & adulteria prolapsam: sed qui aliter fieri potest? tentationes, quas patior, sunt gravissima, & immo mer-*

merabiles? mi Bone, id genus excusationes coram Divino Judice adeo nullius erunt momenti, ut potius in poenae augmentum tibi sint cessura; tum enim est, materiam igni subtrahere. Ponamus periculosum alcibi oriri incendium: sit tumultus in populo, convocantur o vicini, qui auxiliatricem manum afferant: & ecce! inter hos ipse pater-familias: adium suarum iacturam deplorans, loco aquarum stupidus & oleum in ignem insicit: quis non credat hominem emota mente laborare? sic enim non restingit ut ignis; sed magis inflammatur. Tu mi Christiane, conquerebis, corporis tui datus periculo impudicitiae igne conflagare: ergo necesse est, ut aquas afferas, id est, ut mortificationis, & sobrietatis remedio flammam compellas, atque oculis, auribus, & corporis sensibus cautus te hominum consortiiis, & tibi ciborum, ac potus nimietatem subducas: & ecce! vico hujus ad castanoras, aut prora, ad computationes convales, & affluo vino incendium tanquam oleo nutriti: Est impossibile, sic te posse vivere castum: ita clamant experientia: ita clamant omnes sancti Patres: ita clamant speciatim S. Nilus de 8. virtutis affect. qui totum hunc discursum confirmans ait: *Qui ventrem implens pudicitiae cultum profectur, hinc similis est, qui se ipsis impetum suscipit compressuram, aut flammam oleo extinguitur pollicetur.*

5. An hic malogum finis? Revera non: Homo ebrietati additus non solum contra praecipitum sextum, sed contra omnia caetera recalcitrat, & in ipsum impietatis barathrum prolapsus, nihil quantumvis atrox, & enorme non aude: ita quod S. Chryostomus tom. 1. homil. 34. adversi Judaeos, in populo Judaico advertens ait: sicut animalia uberiori pabulo pasta magis refractaria, atque indomita sunt, & nec jugum, nec fraxum, nec aurigam ferunt: ita populus Judaicus ex ebrietate & corporis cultu ad extremam precipitatum malitiam, neque Christi jugum acceptavit, neque doctrinae ararum duxit. En quantum homo ebriofus ipse ipse nocet: jam videamus, qualis sit erga proximum.

§. II. Qualis sit erga proximum.

6. Homo gastrimargie, & ebrietati deditus est inimicus etiam proximi, & ad ruenda sinceræ amicitiae jura profusus ineptus. Scis quare? Veteres ethnici Diis suis varia Symbola, & inter alia Baccho picam attribuerunt: qua de causa? quia sicut picam garrula volacris est: & quiddid videt vel audit, denuo refert: ita homo ebriofus omnia, quae in corde habet, non sine aeternis praedicio manifestat, nullatenus secretum sibi conceditur servat, prout annotat Natalis Comes l. 4. Mythol. cap. 11. Inter alia monita, quae: *Bethfabza amantissimo filio* *Glaus Spicil. Catecho. Conc. Tom. II. Pars II.*

suo Salomoni dedit, & illud erat: *Noli Regibus dare vinum, (Prov. 31.)* id est, prout verba haec interpretatur Cornelius a Lapide hic, noli tibi ipsi, & consiliariis tuis in magna copia, usque ad temulentiam propinare vinum. Loquitur Bethfabza honoris causa in terra persona mora Hebraeorum, & subjungit rationem, quia *nubis sacrum est, ubi regnum clericali.* En! vinum lenitia detegit arcana concilia: quod later in mente sobrii, hoc natat in ore ebrii, quo fit, ut saepe tumultus, seditiones, & bella concitentur. Hac certe de causa nonnulli, (*Bechinas ap. Maxim. ser. 30.*) scientes, quod *sicut speculum forma est, ita animi vitium, solent inebriare eos, quos suspenses habent, ut ab ebriis expulcentur, & extorqueant arcana eorum consilia.* Sic fecit Marcus Crassus, (*Dio l. 51.*) qui bellum contra Dacos, & Bactranas cogitans admittit eorum legatos, & convivio satis laute excepit, qui vino pleni iuxta omnia consilia denudarent. Sic etiam fecit Bonitus Imperator barbarorum, qui propinato vino legatos inebriavit, & ita quacunque vellet, exorfit. Sicut olla ad ignem ebulliens vi caloris, quod in imo jacet, in summam partem eiecit; ita vino exastuante, quiddid in imo peccatoris delitescit, proditur, & effertur in medium. (*Sepena ad Lucil. p. 83.*) Non habetur amicitiae ratio, non secreta religio, non malorum, quae exinde consequuntur, consideratio.

7. Quanam autem sunt ea mala? S. Chryostomus homil. 13. ad Philipp. mirabilem affert comparisonem: dicit, non tot malorum causam esse mare sinus supergressum, quot ebrietatem: Deum immortalem! quam enormia damna causavit, & hodieum causat exaltans mare; Navigata a ventis abrepta ad scopulos franguntur, pretiose merces a voracibus absorbuntur, milites & navis a piscibus derorantur, tormenta bellica, & omnia armatura in profundum merguntur, hitora & portus rumpuntur, & si undae limites transcendant, destrudis urbibus & pagis integræ regiones longe lateque ad vastitatem reducuntur. Grandia omnino mala! sed majora sicut ebrietas, & lasum in ebrietate secretum! O quoties integri exercitus ex crimine proditoris perierunt! O quoties inexplugnabile propugnaculum in manus hostium transit! O quoties integra familia ex mutuis litibus & odiis seipsum pessumdedit! O quoties duo amici intimi in contentiones exarcentes, & contentis duellis sibi invicem caecaverunt frangerunt! qua de causa? ex gula & ebrietate: *Plerique inter epulas, ait Sanctus Ambrosius serm. de Cain & Abel, fuderunt animas, & mensas proprio sanguine roperunt.* Quis lacus deinde uxoris & liberorum, qui ad inopiam, & infelicem vitam rediguntur? Quantum exinde damnium Reipublicæ, quae utilissimum hominibus privat? Quam irreparabilis interitus hominis in ebrietate perierunt, qui atere-

nam in inferno cruciatur? Nemo igitur dicat ebrietatem esse dulcem melancholicis antidotum; sicut enim rosi una die floret, & marcescit; sicut enim rosi una die permanent; ita vini sapor, & epularum suavitas, una tantum hora, aut duabus ad summum placet, at damna, quae exinde consequuntur, integris annis nos suspirare faciunt. En! quantum homo ebriolus proximo noceat! Jam denique videamus, qualis sit erga Deum.

§. III. De denique qualis sit erga Deum.

8. Homo gastrimargia & ebrietati deditus, est etiam Dei, & totius caeli inimicus. Quare? quia post vitam homine proflus indignam tandem instar pecudum emoritur. Exemplo fit Alexander Magnus; (Athenas libro. cap. 11.) cum enim ingens poculum, quod duos congios capiebat, a Protea nebulis hincicillimum propinquatum his exhaussisset, concidit, decubuit, interit. Exemplo fit Attila Hunorum Rex, qui largiter epoto mero, effusa e naribus magna sanguinis copia subito mortuus concidit. Exemplo fit Valentinianus Imperator, qui vino madidus lamentabili voce una cum ructu sanguinis emissa expiravit. Ejusmodi luctuosus casus hodie dum crebrescunt; nihil est auditu frequentius, quam quod ebriolorum unum cervicem per scalas frerit, alius ad equo lapsus obrutus, alius in flumine mergus, alius a rivali occisus sit. De his, a similiis similibus quam optime enuciari potest illud Jobi: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* (Job. 21.) Verum perspicimus, quam terribilibus supplicis Deus suum odium contra hoc vitium testatum fecerit?

9. Arnulphus quidam Presbyter (Bolland. to. 1. fol. 361.) jam diu vita sanctus apparuit Sancto Remberto, funerali obsequio sui praecedens foris occupato, cumque ille interrogaret, qui se in futuro saeculo haberet, cum genui reposuisset, heu! male, quamquam enim in gratia decessisset, tamen quia in hac carne victitans, neglecto salutis mae negotio, etiam & potum immoderate usurpavi, indignus hactenus sui ad praesentiam & conspectum Dei pervenire. His dictis horrendum lacrymari & ejulare coepit. Dein perrexit: Verum si tua fraternitas pane, sale, & aqua contenta, a ceteris victualibus quadraginta dierum abstinentiam pro me suscipere vellet, credo per Dei misericordiam, me ab hujus repulsione sententia liberatum iri. Terribilus est, quod Cantipratanus lib. 2. ap. c. 12. §. 3. de Prælatiis, qui lautus vivunt, quam par est, afferit exemplum, afferens, id suo tempore in Francia contigisse: Duo Monachi erant a puerilibus annis usque ad senium in coeleste Patris, & monasticæ observantiae ofores. Hi aliquando post immunditias, quas hic describere non vacat, in risibus & epulis exulta-

bant, atque innocentibus ac simplicibus, qui sui furoris esse volebant, gravissime detrahebant. O bone Deus! quis non exhorretet, homines etiam religiosi a malo damone demerant? quibus aliis verbis tantam infelicitatem deplorant, quam illis Petri Blesensis in c. 1. Job: *Illud pra caeteris mihi doleris maxime inopari, quod Viri religiosi, & Sancti Ordinis Professores, de ferebantur non monachate contendant.* Cum ergo de Monachorum illorum insolentis Monasterium haud mediocriter turbaretur, nec esset, qui delinquentes corrigeret, Deus, qui piorum claustrorum turbationem ioultant non sinit, ad iracundiam concitatus est. Accidit quodam vespere, ut secundum consuetudinem esculentis & potulentis hellauerunt, cum ecce unum praedictorum senum lubita iuglue fragulatum evertisit in oculis expiravit. Territ igitur omnes, qui aderant, iurestentant: ac non diu post suspenses verulus, socii supplicio haud diutius quam aliquot momentis fractus resumpta audacia ad mensam resedit. Bibis egredie, & haustus haustus auxit, tandem enormis crapula repletus instar amentis bruti ad lectum portatus, tam repentino apoplexia malo obrutus est, ut nec crucis figuaculo, nec invocato Salvatoris nomine sibi consulere potuerit. Adhuc unum! Duo Germani milites, (Michael ab Uster. ann. 1584.) qui sub sigillis confederati Belgii stipendia fecere, in Appeldora Velavisi pago, tribus circiter horis distante a Darentia, inter se conveniant, ut vino adusto tandiu se ingurgitarent, donec alteruter, qui ad bibendum minus esset fortis, morti succumberet: quibus prius iurasset, in eum demon potestatem haberet. Dum hac lege positae, accidit mercatorem quemdam illac transire, quem minis coegerunt, ut tertium lege adjunderet: restitit ille iustis, sed mortis metu inductus haurire coepit, interim caelum tacitis suspiriis implorans, ut ibi submitteret, a quo turpi hac servitute liberaretur. Et ecce! mox adluit auditus: unde? non e caelo, sed ex inferno, videlicet terribilis daemon, qui duobus illis potatoribus cervicem fregit, eoque secum in gehennam abripuit.

10. En! mi Christiane, ha sunt terribiles poenae, quibus Dominus Deus implacabile odium, quo contra gulam, & ebrietatem fertur, testatum facit: Quid his auditis cogitant illi mercatores, & artifices, qui nihil se emere, aut vendere posse arbitrantur, quia pacta sua & contractus crapula concutiant. Quid his auditis cogitant illi cives, qui baptisimum puerulorum, assumptionem aut manifestationem simulorum, natalem suum aut suorum diem, Ecclesiae dedicationem aut alia festiva esse crapula celebrare opprobrio sibi ducunt? Quid his auditis cogitant nuptiales convivia, qui post choreas, & tripudia adeo sefe ingurgitant, ut Bacchicus clamor, & rixantium tumultus vesperi ad aliquot horas audiatur. Quid his auditis

ditis cogitant illi Nobiles, qui injuria sibi ducunt, nisi amici, quos ad prandium invitaverunt, vino oppletti, brutis quam hominibus, similliores insistant? O bone Deus! quam insipido estis & potus miserissimi hi bibones (suum temperantiam luent! Quaritis quoniam illo? Milium quidam, prout refert Casarius l. 12. cap. 18. decumanus potator, repente obiit, & nocte ostium pulsans rediit. Surgens e somno janitor interrogabat, quis fores palfaret? respondit spiritus: aperite, ego sum Dominus hujus domus, simul nomen suum exprimens: Respondit janitor, Dominus meus mortuus est, non te intromittam! tunc spiritus totam domum instar terrae motus concussit, subintulitque: Ergo detis pices istos, quibus ego vescor, filio meo! ecce ad portam illos suspendo: sic dixit, & abiit: mane in porta aliqui funt innumerabiles serpentes & balones! En iurgationes! hac in inferno erunt vestra etulencia! Proficite!

11. Epilagus. Quid ergo agendum? Ah! quidvis Deum & animas amat, omnem operam conferat, ut damnabile hoc vitium extirpetur: Empedocles Philosophus (Laertius l. 1.) ad convivium invitatus, cum ex invitante intellerat, certam vini mensuram bibendam, & quod supererit, in caput illius estandendum esse, tam indigne id tulit, ut posthinc coacto concilio, & invitorem, cujus opera id de ereum erat, & symposiarcham reum peregrit, & ad mortem dammarit. O si nostri superiores tam Ecclesiasticis quam saecularis eadem industria hoc vitium eliminare contenderent, quam cito perniciosa incubandi consuetudo, ex qua mala pessima plurimaeque oriuntur, extirparetur! Tu vero, mi Christiane, considera bene hoc periculosissimum, simul & nocentissimum scelus, cogitans, quantum homo ebriolus noceat sibi ipsi, quantum noceat proximo, & quantum noceat Deo, atque fieri non poterit, quin illud naufragæ, averlari, & fugere incipias. Amen.

Dominica XVII. post Pentecosten.

CONCEPTUS CXVIII.

De abstinentia contrariis gals, videlicet abstinentia, temperantia & mortificatione.

Diliges Dominum Deum tuum, & proximum sicut te ipsum. Mat. 22.

Temperantia & continentia est signum boni Christiani, cui duplex involuntarium confert, tam corpore, quam animae tenus.

1. Cum Henricus Albanensis Episcopus, & Cardinalis, qui erat ex Ordine Cisterciensi, a Clemente III. Romano Pontifice in Germaniam misissetur, ut ibi contra Sarac-

nos crucem praedicaret, assumpti secum itineris factos quosdam sui Ordinis Monachos & fratrem laicum convertent. (Casarius l. 12. c. 69.) Die quadam, cum simul equarent, voluit Cardinalis, ut unus aliquis e comitantibus fructum disciferum proponeret. Et ecce! furs occidit supra fratrem laicum: Ille primo excusans, non esse conveniens, ut homo rudis & illiteratus coram doctissimis verba faceret, tandem ita exorsus est: quando post obitum deducti fuerimus ad paradisi portam, occurret sanctus Pater noster Benedictus, noque Monachos humiles ac cucullatos cum gaudio introducet: vito autem Henrico, Episcopo & Cardinale, mirabitur esse insulatum, esse purparatum, esse famulis stipatum, & superbo equo veatum, dicitque: Quis tu es? Respondit ille: Pater, ego sum Monachus Cisterciensis. Nequaquam subiaferet S. Benedictus, Monachum concitulum ac superbe palustratus non esse! Tunc Henrico prolatis probationes pro se allegante tandem humilissimi sententia ferretur: praecipit S. Benedictus ostiis, collocare eum relupinum in terra, & stomachum ejus aperite: si inveneritis olera incoacta, fabas, pisas, lentes, & cibos regulares, cum Monachis intromittatur: Secus autem si inveneritis cibos ad saeculi morem delictos, & vina generosa, ille foris manebit: sic disciferum suum prosequeretur frater ille laicus, & demum ad Cardinalem conversus subiecit: Quid in illa hora dicitur es pauper Henrice? Miratus est Cardinale doctrinam ac zelum loquentis, & gratias agens salutarem commotionem, prout nullus dubito, in animae suae emolumentum convertit. Dilectissimi Auditoris: quemadmodum ad portam casti humilitatis & paupertatis erunt signa, caractera hominis religiosi; ita ibidem dilectio Dei, proximi, & sui ipsius, de quibus hodie nunc Evangelium agit, erunt signa caracteristica hominis Christiani, & sicut stomachus delicate ac opipare nutritus indicio est, illum non fuisse bonum Religiosum; ita & indicio est, hunc non esse bonum Christianum. Quare? Quia homo gastrimargia ac ebrietati deditus non amat Deum, non amat proximum, non amat seipsum, prout ultimo demonstratum fuit. Exemplum hujus rei habemus in divite Epulone, (Luc. 16.) qui amore Dei, amore proximi amore sui ipsius noluisset ambitiosus luo ventri unam unciatam subtrahere, quam rogabat pauper Lazarus, & ita, prout loquitur Petrus Chrysologus sermo 111. *Blasphemi epulis ferrea crudelitate animam peribant.* Quid sequitur?

2. Prophanus. Hoc sequitur, ut bonus Christianus sim, ut Deum diligam, ut bonum caelestis paradisi pro tali quoque requiritur virtus contraria gulae, quae est abdominalis, temperantia, & carnis per jejunium mortificatio. Atque de hic virtute agit hodie nunc sermo; tanto opportunior, quia in hac septimana